

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Reconciliatio e  
cum fonte primo

Si tantummodo non ledas eum qui te  
lesit, auertas tamen te ab eo nec libenter  
eum uideas; manet sine dubio uulnus in  
pectore et dolor angescit in corde. Quod  
si est, nondum utique Christus quod  
mandauit expletur. Nunquid tu  
ita uis propicium tibi fieri Deum ut non  
te quidem ledat, auertat se tamen a te  
et peccatorum tuorum memoriam teneat  
et uidere te nolit? Igitur qualem uis erga  
te esse Deum cum delictorum ueniam  
poscis, talem te exhibere debes hiis qui  
deliquerunt in te.

Crisostomus libro de compunctione  
cordis tractans illud Matthei VI.: Dimitte  
nobis debita.

Nam  
si tantummodo non laedas eum, qui te  
laesit, avertas te tamen ab eo nec libenter  
eum videas, manet sinedubio vulnus in  
pectore et dolor augescit in corde. Quod  
si est, non dum utique, Christus quod  
mandavit, expletur. Numquid tu  
ita tibi vis propicium fieri deum, ut non  
te quidem laedat, avertat se tamen abs te  
et peccatorum tuorum memoriam teneat  
et videre te nolit. Igitur qualem vis erga  
te esse deum, cum delictorum veniam  
poscis, talem te exhibere debes his, qui  
deliquerunt in te,  
sicut et sapientum quidam scribit dicens:  
Homo homini tenet iram et a domino  
quaerit sanitatem?

Iohannes Chrysostomus, *De cordis  
compunctione*, 1, 5 (W. Schmitz ed.,  
*Monumenta Tachygraphica Cod. Paris.*  
*Lat. 2718*, Hannover, 1883, fasc. alter,  
p.9, ll.9-16).